

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Paciencia ah
cum fonte primo

O tu qui reus es, noli exilium
tuum cum merore suscipere. Non enim
mereberis misericordiam, si irasceris ad
penam, quin potius
intelliges te digne que pateris et
cum te humiliaveris atque dixeris iustum
de te factum iudicium, forsitan
misericordiam consequeris ab eo qui
potest post dampnationem ad
pristinum te statum reuocare.

Origenes super Ezechielem omelia X.

Intellige autem mihi iustum iudicem ei
qui digna infamia fecerit dicentem:
o tu qui poenae reus es, noli exilium
tuum cum maerore suscipere; non enim
mereberis misericordiam, si irasceris ad
poenam, quin potius
intellige digne te pati quod pateris et
cum te humiliaveris atque dixeris iustum
de te factum esse iudicium, forsitan
misericordiam consequeris ab eo qui
potest post condemnationem ad
pristinum te statum revocare.

Origenes, *In Ezechielem homeliae*, 10, 1
(SC 352, M. Borret ed., p.328, ll.35-43).